Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



19

no essem nisi esses in me. Da mihi dñe scire et intel
ligere utrum sit prius inuocare te an laudare te. et
scire te prius sit. an inuocare te. Sz quis inuocat te
nesciens te. aliud uero pro alio potest inuocare nes
ciens. an pocius inuocaris ut sciaris. Quomodo autem
inuocabunt in quem non crediderunt. Aut quomodo cre
dent sine predicante. Et laudabunt dñm qui requi
runt eum. Querentes enim inueniunt eum. et inueni
entes laudabunt eum. Et quomodo inuocabo eum. Non
enim ego iam ad portas inferi deueni. et tamen ibi es ds
mis. nam si descendero ad infernum ades. Non ergo es
sem ds mis. non omnino essem nisi esses in me. An
nisi essem pocius non essem in te. ex quo omnia. in quo omnia.
Etiam sic dñe. etiam sic. Quo te inuoco cum in te sim.
Aut unde uenias in me. Quo enim recedam extra ce
lum et terram. ut inde inueniat me ds mis. qui
dixit. celum et terram ego impleo. an imples et res
tat. quomodo non te capiunt. Et quo refundis quicquid im
pleo celo et terra restat ex te. An non opus habes ut
quoquam contineatis qui omnia contines. quoniam que
imples continendo imples. Summe optime potentissi
me secretissime et presentissime pulcherrime et for
tissime stabilis. et incomprehensibilis. inmutabilis